



**Maximiliani Sandæi E Societate Jesu Doct. Theol. &  
Herbipoli Profess. Commentatio Academica, De Donario  
Cordis Revmi & Illmi Julii, Episcopi Herbipolensis, Franciæ  
Orientalis Dvcis, S. R. I. ...**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Herbipoli, M.DC.XVIII.**

Lectori M. S.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69134](#)



L E C T O R I  
M. S.

**P**ISCOPIS HERBI-  
POLENSIBVS, qui  
& Oriētalis Fran-  
ciæ Duces, & S.R.I. Prin-  
cipes, Stola, ac ense ve-  
rendi, partitim sepeliri,  
prisco ritu, mosest. Ori-  
ginē, primasq. rei caussas  
euoluere nō attinet, neq.  
hoc modò agimus. Inte-  
ranea humantur in tem-  
plo Arcis summæ, totius  
regio-

PRÆFATIO  
regionis vetustissimo.  
an, vt, in qua sede, viuus  
prima supremæ potesta-  
tis documenta edidit,  
mortuus primò morta-  
litatis pignus deponat?  
instituto sanè laudabili,  
vt meminerint, qui suc-  
cedunt, Principum quo-  
que amplitudinem mor-  
talitate dānatam ab Im-  
mortali, & inter peritu-  
ra se viuere. Cor vrnæ  
inclusum, D. Bernardi  
Sodalib. qui Eboracense  
Franconię incolunt; cœ-  
nobium religionis cul-

A s tu

tu , & sapientiæ studijs  
nobile in primis , trans-  
mittitur. Ad beniuolen-  
tiæ ne significationem e-  
ximiæ ? an, vt Ecclesiasti-  
ci Antistitis partē opti-  
mam , longè optima ex-  
cipiat Ecclesiæ Christia-  
næ portio, Religio ? Præ-  
clarum inuētum, vt Præ-  
suli , dum viuit , identi-  
dem obuersetur , Cordi  
sibi esse debere illos, in  
quorum sinu , Cordis se-  
fui , inuenturum optat  
conditorium. Ceteram  
corporis molem , Ædes  
cathe-

PRÆFATIO

ii

cathedralis sibi deposita.  
jure equidem, ut quæ di-  
uturnæ, operosæque ex-  
ercitationis, vigilanti pa-  
læstram aperuit, ad le-  
uem, breuemque so-  
mnum, christianè cu-  
banti culcitrā subijciat.

Illustre Monitum. Non  
ante vtramque in aurem  
quiescendum Episcopo,  
quàm, sua in Basilica an-  
gustum fatalis somni le-  
ctulum acceperit. Hic  
mos vetus.

Variatum est nonni-  
hil in JVL II Principis fu-  
nere,

nere, volūtate viui mortuālib. tabulis sancita. Fuerat enim in optatis, augustinissimo tēplo Sapientie cultorib. erēcto, in eodem, post decretorium diem, Cordis repositoriūm habere. Itaq. multis ante fatalem lucem añis, viuens, florensque, sortis humanæ haud immemor, quod verè magnum, Cenotaphium illi inædificari jussérat, adfixæq. tabulæ insculpi, vñcialib. litteris. *VBI EST THE-SAVRVS TVVS, IBI EST ET COR-TVVM.*

P R A E F A T I O      13

TVVM. Decedēti autem is  
honos habitus, vt ex vo-  
to efferretur. Frequētis-  
simo igitur Ordinum o-  
mnium concursu, visen-  
da planè pōpa C O R , suc-  
collantibus ferculo Aca-  
demicis, eò deportatum  
est, & sacris ritè procura-  
tis, conditum. Hæc de  
Juliano Cordis Donario  
commentandi, dicendi-  
que fuit occasio, quod

T E non nescire aue-  
bam. V A L E,

D. O.